necessarium. et sic est preceptio. aut bonum supererogationis. et sic est consilium. Contra tria prima potest aliquid fieri. quod se habet ut in fieri. sed contra duovitima sive promissione et operatione nihil potest fieri quia se habent ut in facto esse. et quod plectum est non potest non fieri. De his signis nota quod preceptum dicit obligationem ad faciendum bonum. prohibitus dicit obligationem ad vitandum malum. consilium dicit doctrinam per quam sciimus quod id quod consulter fiascat affert prius. si non fiascat affert supplicium permissionem dicit priuationem cohibitionis. et est signum diuine voluntatis. non respectu mali quod permittitur. sed respectu boni quod ex malo permisso dicitur. Non. n. permisum deus malum fieri nisi ex seipso aliquod bonum eliciat. ut per nos in temptationibus diaboli que plures multiplerunt sanatus. Preterea si non esset malum non erit in bono pulchritudo nisi ad soluta. Nunc vero propter operationem ad malum clarus clucessit. Operatio notat actionem in re per quam resurgent creatura ad creatorum. De conformitate voluntatis nostre ad deum sciendum est quod duplex est conformitas. sive proportionis et proportionitalitatis. Primo modo est conformitas voluntatis in se habens rationem essentie. et sic est impossibile hoc modo similitudinem nullam esse. per portio. secundo modo est conformitas. que est habens se habere quod fieri potest. possibile est non. id est voluntate esse. alius utrobiusque. vi. s. hoc vellet id quod deus habet velle quo vult nos velle deus. et si humane attendimus in forma volendi. Sicutem queritur utrum absolute teneamus. mundum est quod conformitas est. quedam in actu ad quam non tenemur nisi habita charitate. et nec tamen nisi perte. et loco ut qui quis cogitat dei veritatem. sive articulos fidicemus credere quod cogitat dei bonitatem tenetur diligere. Est alia conformitas in habitu. ad quam non tenetur quis nisi quando actu dei bonitatem recognoscit. qui tamen tenetur se ad charitatem dei preparare. De conformitate autem in voluntate sciendum quod voluntate sensualitatis non tenemur. conformata voluntati diuinitate in voluntate nec in forma volendi. Voluntas

tas sensualitatis tamen est animatus. unde quantum ad hoc nos haec voluntate non peccare mus. strato huic voluntati iuncta non potest cuius est alteritate reprimere. sed voluntate rationis deliberativa tenemur deo consor mari involuto quod constat nobis deus absolute velle ut salutem nostram vel congruit nobis velle. Si vero non congruit nobis quod bonum sit in se non vult deus id nos velle. unde hoc non tenemur velle nisi in quantum est voluntate a deo. unde si scio deum vel le mortali patris mei in possum vitam velle et laborare ad hoc. quod non vult deus velle me patri meo contrarium. Item voluntate conditionata non tenemur deo consor mari. ut quando pluit vellemus quod non plueret si deus vellet. quod volendo conditionaliter non discordamus a voluntate dei. quia hoc non est velle simpliciter. Itz id quod deus non vult semper absolute. ut finiam conditionem quam aliquando mutat quando merita mutantur non tenemur velle. De conformitate diuine voluntatis quadrupliciter potest considerari. secundum hanc videtur quatuor causarum. primo hinc causam materialem. vi quando idem est voluntum quod se habet ut materia circa quam est actus voluntatis. et ideo ista conformitas est hinc quid tantum: et non simpliciter. quod esse simpliciter non est a materia vel forma. Secundo modo accipitur conformitas hinc causam efficientem. sicut quando aliquis vult hoc quod deus vult cum velle. quia deus hanc voluntatem in causa dicitur. n. unquamque voluntatem in bonum ordinavit: et hoc vult nos velle terciam hinc causam finalem ut quando quis in gloriam dei sua facta ordinat. propter quam et deus facit omnia. et in his duobus eternalis omnis conformitas consistit. quartum causam formalem: ut s. ex charitate vel et quis quod vult. sicut et deus ex charitate vult omnia. et in isto consistit perfectio conformitatis. s. actus voluntatis inter tanto sit voluntati dñe conformior quanto est melior et perfectior. Ex predictis collige quod perfecta seu completa conformitas deuprehendit quatuor. Primum

vt velimus qđ deus: secundo vt velimus quod vult nos velle. tertio vt velimus propter quod vult. quarto vt velim⁹ eo modo quo vult. Sed cōformitas non plena ē tr̄spliciter. primo modo si cōformat quis deo in volito tñ. sicut et indei conformes erant deo in morte xp̄i. secundo si cōformetur quis in volito et in fine. sed nō in modo. vt quādo quid nō fit ex charitate. tertio quādo q̄s cōformatur i volito et i mō. sed non in fine. vt cū ad alii boni sine m̄ retorqueat inten̄tio. De iusticia dei.

Cap. 33.

i Iusticia dei tribus modis sumitur.
Primo mō qñ redditur alicui qđ meruit. secundo mō qñ pmissū solvitur. 3º mō qñ imp̄ectū p̄ficitur. p̄to mō remuneratio bonor̄ p̄nuntio reproboruz est opus iusticie. secundo mō incarnationi xp̄i opus est iusticie. qz pmissū sūit hoc per prophetas. tertio mō dicitur opus iusticie quādo deus peccato: es iustificari cū se ad gratiā habilitant. faciendo qđ in se ē. Mots q̄ in omnibus operibus dei innentur iusticia et misericordia. sed iustitia qñqz est occulta. et misericordia manifesta. vt in iustificatione imp̄i. et in primo aduentu xp̄i aliquād est econtrario. s. apta iusticia. et occulta misericordia. vt in punitione parvulorū sine baptismo dicentium. et in secundo aduentu xp̄i. Aliud virumqz est occultum. vt in tribulatione quorundā. licet iustorum innocētium. sicut fuit in Job et in infirmitatibus parvulorum. aliquando virumqz est aperatum. vt in remuneratiōne iustorū. et dānatione reproborū. quia illos remunerat supra meritū. et istos punit citra condignum. quod est misericordie. sed viris que retribuit secundum merita. hoc est bonis bona. et malis mala. quod est iusticie. Si vis scire qua iusticia puniatur homo p̄ peccati moritaria eternaliter. vīte primo auctoritas Isai. 66. Vermis corū non morietur. et ignis corū non extinguetur. psal. 48. Ibunt in progenies patrum suorū et viqz in eternū non videbunt lumen. Adath. 25. Itē maledicti in ignē eternū. Apoca. 8.

Ascendit sumus eorū in secula seculorum. Itē Grego. in quarto dialogoū. Si deus plus non attenderet corqz sacra iniusta possit dicitur iusticia. sed quia deus intuetur cor. iustū est vt sine fine puniantur qui nunquā vellent vivere sine peccato. Ratio nibus idē ostenditur. quia enī homo peccavit in suo eterno. merito puniet in eterno dei. Itēz materia ignis est eterna. scilicet macula peccati. ergo et pena. Item peccatum est contra illū qui est infinitus. ergo pena debet esse infinita. sed hoc non potest esse acerbitate. vnde opotest q̄ sit diuturnitate. Item cū homo peccat erat in infinitū quodāmodo rationalis. irascibilis. et concupisibilis quando finitū preponit infinito illa quidem iudicabo. ista adberendo. et ultima appetendo. vnde congrue debet esse pena infinita. Itē malā voluntas reproborū cetera est. ergo et pena. Itē ostenditur exēplis quia venditio momentanea dat ius possūdendi perpetuum vulneratio momentanea cicatricē infert perpetuā. Itē casus in sole amē temporalis est deieccio perpetua. Item effusio oculorū temporalis est. et cecitatē operatur perpetuam. Item crimen lese maiestatis temporale est seruitus perpetua. Itē potio venient momentanee morte operatur perpetuā. Dicit Aug⁹. q̄ redditus mala p̄ malis hoc est pena p̄ peccatis pro iusticia. quia iustus est. vel reddit bonus p̄ malis. hoc est gratiā iniustus. quoniam bonus est. vel reddit bona p̄ bonis hoc ē gratiā pro gratia quia iustus et bonus est nunquā reddit mala p̄ bonis. qñ iniustus nō ē. Aliquis punitur in p̄nti ppter seip̄st. vt peccatum p̄terit in eo purgetur. Jo. v. Ecce sanus fact⁹ es vade et ā. no. pec. et cē. Itē vt ppter peccatum p̄petuo crucici. tā hic qz in futuro. Et plū bes de Herode et de An̄thioco. Itē vt culpa declinat vītū Paulō qui cecatus fuit psecutor vt p̄ illuminare medie⁹ predictor. 2. ad cor. ii. Ille magnitudo re ex. me. et cē. Itē vt gloria in futuro deretur. Actū. xiiij. O porret nos per multas tri. ii. et cē. In primis duabus causis exercet

deus iusticiam. in duabus sequentibus misericordia. quinto punitur quis ppter deum. s. vt glorificetur. **Io.** Neque hic peccatum. neq; parétes eius tunc. 6º punitur quis ppter proximū. s. vt edificetur. sic fuit punitus Thobias. vt alij daretur exemplū patientie. sic puniunt etiā innocentes pueri. ne videatur inconveniens peccatorib;. si qñ qz tribulant. Justo dei iudicio puniuntur qui vel cōcessus abutunt. vt adam vel concessa rapere conantur. vt lucifer.

De misericordia. dei.

Capitulum.

.34.

In misericordia secundum ethimologiam dicitur tribus modis. Primo dicitur misericordia quasi miseria cordis dividēs sicut dicitur in auctoritate. Celi non indigent misericordia. quia i' eis nulla est miseria: secundum hunc modum miseria solum modo est in terra. secundo modo dicitur quasi mittens seorsum cordis rigorem. sicut accipitur ibi. Misericordia et veritas obuiauerunt sibi. nam veritas per rigorē procedit. sed misericordia bunc rigorem tēperat remunerans supra meritū. et puniens circa cōignum sic est misericordia etiam i' inferno. tertio modo dicitur misericordia quasi mira suavitatis rigas corda. sic misericordia matrem est in celo. I' deus fuit iustus. sicut et misericors tamen dicit ei ppter ipsum esse misericordia potius qz est iustus. qz nihil requiritur ad cōplendū opus misericordie. nisi voluntas eius. sed ad compleendum opus iusticie requiritur etiam aliquid ex pte hoīc exigentia. s. meritorum. Misericordia dei ppter in effectibus diuinorum beneficiorum. dat cum reis venia dimittendo tam peccati reatuq; peccati sequelas. de quibus duobus psal. ci. Qui pptericiatur oīb; iniuriantibus suis. quo ad ppterū. Qui sanat oīes infirmitates tuas. quo ad. 2. Item largitur iustis gratiā dando. s. virtutis habitudinē et virtutis motum vi per ppterū faciat hoc iustus deo gratum ac vita eterna dignū: sed per. 2. augentur ei meritiū. De his duo

bus psal. ci. Qui coronatio in misericordia. quo ad ppterū et miserationibus. quo ad. 2. et loquitur de corona gracie. Itē certe sanctis gloriā. et hoc dupliciter. qz nūc in spe. et tandem in re. De his psal. ci. Qui replet in bonis desiderium tuū. quo ad ppterū. renouabitur ut acquile inuētus tua. quo ad. 2. Item ex misericordia deus patēter expectat peccatores benignè reuocat. vt cisci dissimulat. de multis periculis liberat. gratiā liberaliter donat. datum multiplicat multiplicatam cōseruat. conseruatā in celo premiat. Item ex misericordia deus peccatores ad se redeuntes hilariter suscipit. ad penitendum cor emolit. offensas cito remittit in iurie post remissionem non meminit. Item ex misericordia dat deus aduersa ut peccatum purget. dat prospera. vt ad amorem prouocet. dat sacramenta. ut meritum cumuleret. dat precepta ut premio diteret. Itē ex misericordia errantes ad se reducit. cutes. ad se conducti cadentes erigit. statēs tenere non definit. peruenientes in gloriam introducit.

Explicit liber ppterū. Incipit.
Capitula secundi.

De ipsa rerum creatione. Cap:	.1.
De distinctione creaturarum in generali.	.2.
De distinctione orbium tam celestium qz elementorum.	.3.
De natura celorum et supernorum corporum.	.4.
De natura stellarum in communi.	.5.
De luce.	.6.
De planetis in specie.	.7.
De natura quattuor elementorum.	.8.
De impressionibus aeris.	.9.
De tempore.	.10.
De angelis.	.11.
De distinctione celestium hierarchiarum.	.12.
De proprietatib; angelorum in communi.	.13.

De proprietatibus et officiis angelorum in comuni. et singulorum ordinum.	14	De philosophia:	58
De cognitione et motu angelorum.	15	De regulis generalis philosophie.	59
De prelatione angelorum.	16	De toto homine.	60
De confirmatione angelorum.	17	De proprietatibus hominis.	61
De custodia angelorum.	18	De primis parentibus.	62
De locutione angelorum.	19	De preceptis Ade datis.	63
De spiritibus nominibus angelorum.	20	De paradiſo.	64
De casu angeli.	21	De casu priui hominis.	65
De speciali casu.	22	De ordine tentationis in nobis.	66
De locali casu.	23		
De restauratione ruine angelorum.	24		
Quare peccatum diaboli sit irremissibile.	25		
De proprietatibus demonum.	26		
De militia diaboli contra nos.	27		
De lucifero spiritu.	28		
Quid sit anima secundum differentiationem.	29		
Quid sit anima secundum rem.	30		
Quid sit anima secundum nomen.	31		
De triplici anima.	32		
De potentia anime vegetative.	33	tis triplex effluxio est. scilicet per generationem, per spe rationem, et per creationem.	
De potentia anime apprehensionis.	34	duae prioriter emanationes	
De sensibus particularibus.	35	sunt ab eterno. quae sunt ex ipso de qua non est agentium. Inter creare generare et facere dicitur est quod res denibili existit in esse per creationem	
De sensu communis.	36	quod facere est quod res denibili existit in esse per generationem. quod facere est opari de aliena materia sed de substantia existit in esse per creationem. Deus est rerum triplex causa. scilicet efficientia, exemplarum, et finalis	
De vi imaginativa.	37	sed nullo modo materialis. Inter operari	
De vi extimativa.	38	dei et creature differentia est. quod deus operatur in instanti. angelus autem repente.	
De fantasia.	39	sed natura paulatim. Præterea rerum principia sunt a deo et immediate. effectus vero sequentes sunt ab ipso mediatae natura. nihil autem est a deo immediate tamen. Circa mundum creationem quatuor erant errores. Quisdam dicebant mundum eternum. Alij dicebant	
De memoria.	40	mundum quidem factum. sed habuisse materiale principium. et non esse de nihilo. Alij dicebant deum superiores creaturas per se produxisse. sed inferiores per ministerium angelorum. Alij ponebant duo principia: sicut manichei. unum scilicet summe bonum. et aliud summe malum dicentes. incorruptionibilia esse a bono principio. corruptibilis a malo.	
De sensibili mortua.	41	Hos omnes errores excludit Moses. primum cum dicit. In principio secundum ibi	
De potentia anime rationalis.	42		
De divisione potentiarum.	43		
De differentiis potentiarum ipsius anime.	44		
De modo cognoscendi.	45		
De intellectu agente et possibili.	46		
De intellectu speculativo et practico.	47		
De ratione et partibus eius.	48		
De voluntate.	49		
De anime motu.	50		
De syndere.	51		
De conscientia.	52		
De operibus anime.	53		
De quantitate anime.	54		
De immortalitate anime.	55		
De libero arbitrio.	56		
De natura corporis humani.	57		

Le can t³m quando dicit deus. q. cum seg-
tur. **C**elum et terram. **T**enendum est etiam
q. deus omnia simili creavit nec aliquaz no-
uam spēz postmodū addidit quando prius
no fecerit. vel in se. vel in suo s. l. u. horum
animas v. in ratio desiminali sicut patet i his
que naturaliter introducuntur in esse. et hoc
est quod dicitur deum die septima quicunq;
se non quidem a labore. vel ab opere. sed
a nouarum specierum conditione. **D**e ope-
ribus vero sex dierum dicunt quidam nun-
quam in illis debere intelligi ordinem tem-
poris sed nature. q. dicunt omnia simul te-
pore fuisse facta: creata et disposita. ac in su-
is speciebus distincta. Alij dicunt omnia
similiter creata in materia. sed non in tali for-
ma sicut in diebus sequentibus repperit.
et hec opinio magis sequitur ultimam litie-
ram. sed prima magis sequitur rationem
Deus enim dupliciter operatur. aliqua na-
q; facit mediante natura. et hec sunt succes-
sive. aliqua facit per se immediate. vi. creare.
peccata dimittere et gratiam infundere et hu-
iustinodi. talia sunt incontinenti. et perse-
cte et complete. **L**um ergo deus primordia-
les res non producerit mediante natura. sed
immediata. et per se vi. q; in instanti fecerit
eas perfectas et completas tam in materia q;
in forma. **L**ocue sunt quatuor. he puniti-
ve rerum creature. **L**atum empyreum. an-
geli. materia mundi et tempus.

De distinctione craturaz in gñali. **L**. 2.
Recatura mundi triplex est. s. cor-
poralis. tñ. vi. clementia. Spialis
tñ. vt angelus. proposita tñ ex his.
vt homo. corporalis quoq; natura distin-
guitur in corpora lucida. vt sydera et opaca
vt terra. metalla. vt huiusmodi: atq; per spi-
cua sua diaphana. vi. aer et aqua. creature
quedam sibi Grego. habent esse tñ. vt la-
pides. quedam vivere et arbores. quedam
sentire vt animalia. quedam intelligere vt
bonices et angelii. Distinguuntur autem mu-
ndus triplex. s. archipus. i. dens. et dicitur
ab archos quod est præcips. et tippus quod
est figura. idest principali figura: q; ipse ē

exemplar mundi sensibilis. Item est mun-
dus q; dicitur macro cosmus. i. maior mun-
dus: vi iste mundus sensibilis. Item est
mundus qui dicitur micro cosmus. idest
minor mundus. vi est homo. De his tri-
bus Job. In mundo erat ecce primum. et
mundus per ipsum facius est ecce secundum
Et mundus eum non cognovit. ecce tertium
Differentia est inter elementum et elemen-
tatum et quintam essentiam. Elementum est
primum componibilium: et non composi-
tum. vnde nec terra nec aqua. nec aer: nec
ignis purum elementum est. et simplex apud
nos. q; inter se inuicem ista coniunguntur. et
maxime in ea parte vbi se contingunt. Ele-
mentum est quodlibet corpus compositum
et quattuor elementis. s. ⁵ essentia est cor-
pus per se differens ab omnibus elemen-
tis et elementatis. tam in materia q; in for-
ma tam in natura q; in virtute non habebis
in se contrarietatem. vnde nec causam cor-
ruptionis. O pera sex dierum prout Moi-
ses distinxit moraliter sic habentur. Signi-
fiant. n. res create de nibili impij iustifica-
tionem. Firmamenti operatio. boni. popu-
li confirmationem. Aquaz congregatio
cordis adiunctionem. Syderum perfectio
exemplum boni operationis. Piscium et
auium formatio statum actionis et contem-
plationis. Dominis plasmatio. testitudi-
nem intentionis. Post hoc vero sequit sep-
tima dicas. eternitas. s. requies. Est locu-
mus. i. celum vbi sola leuita. et est infimus
i. infernus vbi sola tristitia. et est medius
i. midus in quo sunt summa spanda. et infi-
ma metuenda. Diabolus igitur a sumo cor-
ruit. et in infinitum detrusus est. q; repa-
rus non erat. Homo vero a sumo non ceci-
dit. in medio collocatus est vi. et ei locus
quo ascenderet per iusticiam vel descende-
ret per culpam. Item Hugo de sancto vic. di-
cit q; est alijs locus in quo soluz et summa
bonum est. s. celum aliquis in quo solum et
sumus malum est. s. infernus aliquis i quo so-
lum malum est. s. non sumus. s. purgatorium ali-
qs in quo bonum et malum est. sed nevir sum-

num s. mundus iste.

De distinctione orbium tam celestium
et elementorum. Lapi. 3.

Oportet mundi machia tota consti-
tuisse in duobus. scilicet in natura celesti
et in natura elementalium. Celestis autem
mundus distinguitur in tres celos principales.
scilicet in celum crystallinum, et empireum
et firmamentum. Intra firmamentum quod
est celum stellatum continentur septem or-
bes planetarum qui sunt. Saturnus. Ju-
piter. Mars. Sol. Venus. Mercurius
Luna. nomine autem celesti crystallini sive
aerei intelligitur illa pars materie prime
que secundum formata est in duos orbes quo-
rum prior est primum mobile. Istorum or-
bium natura est quod omnes mouentur excep-
to empireo quod quietum est. Natura vero
elementalis in quatuor speras principales
distinguitur. scilicet Ignis Aeris. Terre et aque
Spes ignis tria habet interstitia. scilicet super-
num quod vocatur igneus et medium et in-
sum quod vocatur olympum. Similiter
tertia habet interstitia. supernum quod vo-
catur ethereus. et medium ac infimum quod vo-
catur aereus. et in supremo est calor lux pro-
pter solis propinquitatem. Similiter est in in-
fimo. scilicet propter radiorum repercussionem
a terra. In medio autem interstitio ad quod
non pertinere potest repercussio radiorum
est frigiditas et obscuritas in quo dicuntur
bitare demones qui detrusi sunt in huc ae-
rem caliginosum. Ibi enim sunt tempe-
stes tonitra grandio. niues. et fulgia. Ex
his colliguntur septem orbites terrae et aquae ambi-
tes qui omnes possunt vocari celi. Isthos
autem excellit celum trinitatis ipse deus: qui
est in omnibus et super omnia. Distantia
dictorum orbium et planitarum hec est. A
terra usque ad lunam sunt miliaria. 15625. Et
sunt stadia. 1160. A lunam usque ad Mercuriu-
m sunt miliaria. 7912. et semis. A mercu-
rio usque ad venere sunt. 1170. A Venere
usque ad Solem sunt. 2443. A Sole usque ad
martem sunt miliaria. 15625. A marte usque
ad Jovem. 6812. A Jove usque ad Sa-

turnum tantundem. A Saturno usque ad
firmamentum. 24427. Ex his colligitur quod a
terra usque ad celum sunt miliaria. 19375

Denique celorum et supernorum corporum. L. 4.

Et unum est corpus purum natura sim-
plicissimum essentia subtilissimum
icorruptibilitate solidissimum: qua-
titate maxima. claritate lucida. diaphanitate
specie. materia purissimum. amplitudine crea-
turam in se aliquantum continentum. Hoc pri-
ma estates tamen celo puerum empireo quod primo
mobilis. Secundum hoc est celum empyreum
a motu est extraneum ab aliis spirituum hitaculus
spaliter sedes nuncupatur. Celo autem cristal-
lino puerum spaliter quod est motu velocissi-
mum: ac in inferiora virtutis inservium.
Eodem modo dicendum est de firmamento quod pla-
tinae sibi conuenient de proprietatibus su-
as predictis. et insuper est aqua et divisa ac stel-
lis decoratum. Corpora celestia dividuntur in lu-
centia. et non lucentia et diaphana. Nam cor-
pus lucens est sol qui solus inter sidera lu-
cit: sed non lucentia sunt cetera stelle et pla-
netae que lumen suum a sole mutant. Cor-
pora vero diaphana sunt omnes spere cele-
stes. Item spere celestes cum mouent non mu-
tant locum: sed mouentur in locis suis. su-
periora influunt in inferiora virtute motuorum
vegetativum: sensitivam ac ordinatum gradibulum. per
ductuam. Item iesus careant qualitatibus ele-
mentaribus. non non sunt calida vel frigida sic
ca vel humida. non non influunt super libe-
rum arbitrii. nec huius virtutem imputandam ho-
minis voluntate. Iesus bene imputent atque dis-
ponant operationem hois aliqui que voluntate
non habent cogeri. sed magis et minus in dener-
sis hominibus inclinare. Operantur quoque
corpora superiora distinctionem cognitionem diem
secundum lumen solis: distinctionem mensuram lumen
lunae. ac distinctionem amorum secundum motum
solis in aliquo circulo: atque distinctionem
temporum secundum variarum cursorum planeta-
rum. distantiam et cursorum ascensum et de-
scensum. retrogradationem et statum. Cir-
culus quidem est in se et intersequens est

Noctum qui intersecatur ab eodem in duas partes eaeque: et una medietas declinat versus septentrionem: alia vice versus. et dicitur ille circulus zodiacus a zo quod est vita. nam enim motum planetarum sub illa omnis vita sub rebus inferioribus est. vel dicitur a zodiis quod est animal. quod cum dividatur in duodecim partes eaeque quelibet pars appellatur signum. et habet nomen speciale a nomine animalis proper ter proprietatem aliquam conuenientem tam ipsi quam animali. vel propter dispositionem stellarum sitarum in illis partibus admodum animalium. Ita vero circulas dicitur lane signis. quia sunt signa: vel quia dividitur in ea. Ab aristotele vero in hoc de generatione dicitur circulus obliquus ubi dicit quod enim accessum et recessum solis in obliquo circulo sunt generationes et corruptiones in rebus. Nomina vero signorum. et ordinatio et numerus in his verbis notantur. Sunt aries. taurus. gemini. cancer. leo. virgo. libra. scorpius. archetenuus. caper. amphora. pisces.

De natura stellarum in communi Capitulum quintum.

Telle supraeme in firmamento sicut sunt. et cum illo semper mouentur. materia sunt purissime. figura sperice. quantitate magne. apparentia parue. qualitate lucide. radiorum diffusione. rerum inferiorum generatiue. a sole illuminatiue. in presence solis sui lumen occultatiue. tempestatis et serenitatis concitatue. vi arum navigantium directive. quanto soli coniunctiones tanto in communilucidio res sed singule minus apparentes. ut patet in galinaria claritate. quantitate differunt a virtute. Galinaria est multitudo parvarum stellarum quasi contiguarum illi loco orbis ubi diffunditur lumen solis. si it autem ecclipsis cum se soli luna subnecuit: ut tene-

bras efficiat. Motu quoque omnes stelle eclipsis sunt. et hoc vel a scisps: vel a ierra: vel a planetis. Planetae enim dicuntur quandoque retrogradi. quandoque progressi. quandoque stationarii. prout in eclipsis suis diversimode mouentur. Planetae sunt sydera inter celum et terram errantia. firmamento contrarium cursum agentia. cursu quem habent ab influo primi mobilis mouentur directe sed cursu proprio mouentur oblique non similant. singuli suos colores et circulos habent. et tamen. et circulos aliorum ingrediuntur. et istorum participant qualitatem cum sole micantes occiduntur. quanto terre propinquiores: tanto circulos habent minores. quanto sunt altiores. tanto cursus eorum naturalis videtur esse tardior. Corpora corum non sunt lucida. vel per spicula. sed opaca. Alioquin non eclipsantur se inuicem. Motus primi mobilis scilicet nona spere ab oriente in occidentem rediens iterum in orientem dicitur rationabilis ad similitudinem motus rationis in microcosmo quando sit consideratio a creatore per creaturas rediens in creatorum. et ibi sistendo. Secundus motus firmamenti et planitarum est huic contrarius ab occidente in orientem rediens in occidentem. qui dicitur irrationalis sive sensualis ad similitudinem microcosmi qui est a corruptibilibus ad creatorem. et iterum rediens ad corruptilium.

De luce.

Capitulum sextum

Or est ait pbs secundo de anima actus lucidi sum quod lucidum unius de scientia est quod lux est qualitas actus cordis luminosi sicut calor ignis. Lux quoque dat esse intentionale corporibus vel coloribus sicut intellectus agere fantasmatibus. dat esse intellectuale. Ipsa est emolumens differens omnia que a celo in nos descendunt. ipsa quoque mutuus corpus non lucens a lucido. Ipsa est summa celi purpurea maleficiorum inimica navigantium directio

oculus noctis facies omnium rerum. Lux
vixit Augu. rectum habet incessum ut nul-
lo modo incedat per curium. hec omnibus
rebus et decorum tribuit. et absq; illa cuncta
sunt ignota. et abscondita. motus enim ei⁹
est subitus. quia sine mora replet omnia.
Hec in superficie est corporis umbras non
se perfundit nisi in corpore dyaphano. vñ /
de secundum corporis grossitudinem vel
subtilitatem magis et minus participatur.
lux enim sine sui diminutione ubiq; se dif-
fundit. Mlures proprietates lucis habet su-
pra de sole que illi conueniunt inquantum
lucet. Scindum est q; lux vocatur in cor-
pore luoso lux sed lumen prout est commu-
nicans alijs.

De planetis in spē.

Capitulum.

7.

Saturnus est a nobis remotissim⁹
frigidus et siccus. hoc intelligas in
effectu sicut in alijs planetis. Et vi-
cinitate eius calor solis remittitur. Et con-
tunctione eius cum Ione clarus efficitur.
cum naturaliter sit palidus noctius ē. Ip-
so dominante tantam habet virtutem ut si
influat in inferiora. fetus nascitur mortifica-
tus aut debilis. Plus nocet retrocedendo
q; procedendo. Adoratur i quolibet signo
30. mensibus. ex quo sequitur q; cursum su-
um complet. scilicet 30. annis. Juppiter est cla-
rus. et quasi ad instar lactis candidus in q;
litatibus est bene temperatus. quia calidus
et humidus. In superiori parte assidue tem-
pat malitia saturni cum ascenderit in cir-
culum saturni. contrahit palorem. Iz sit cla-
rus. In quolz signo moratur per annum.
et ita compleat cursum suum in. 12. annis.
Mars calidus est et siccus et ideo noctius
ex proprietatis suis homines incitatae ad
bellandum et interpositione veneris et Io-
nis eius noctitas reprimitur. Ignis ap-
parat et radiosus. In quolz signo moratur
40. diebus. Sol dicitur octies maior terra
sed fin ptolemeum ē. 160. vicib⁹ maior ter-

ra calidus et luminosus. eclipsim patitur et
munis est obuius. nube celatur solus p se
lacet. quod nūli sideri imagis competit. vñ
nomen accepit stellas illuminat. et si eas p
suam presentiam ab apparentia sui luminis
privat. medius est planitarum. odiosus et
gris oculis. et amabilis puris. tempora di-
stinguit. locis immundis non inquinatur
terrestria consolidat. gelida resoluta. flores
aperit. fructus maturat corpora dyaphana
penetrat. non requiescit. visu retundit. va-
pores eleuat. hemisferia vicissi perlustrat
appropinquans nobis estatez facit recedēs
vero hincem efficit. oculus ē mundi i quo
libet signo moratur. 30. diebus. et. id. horis
cursum per annum facit motu proprio. sed
diem perficit motu primi mobilis. Venus
ē lucidus calidus et humidus malitia Adar
teperat. semp comitantur sole. sed cū pre-
cedit lucifer q; sequitur dī vesper colorē
bz candente et resurgentem electro similez.
Inter sidera plus splendet. cōplet cursum
sui in. 348. diebus. Mercurius semp cuz
sole graditur. nunq; ab eo plus. 30. gradis
bus distans. colorē haber radiantem. raro
pter vicinitatem solis cernitur eloquētia
sub ipso est aquis dicuntur dominari. et p̄ce
semibus cursu cōplet. 338. diebus. Luna
noctem illuminat. lumen mutuat. augmen-
tum patit. et detrimenitum. Insima ē inter
planetas eclipsim patitur. et efficit maculas
habet propter coniunctionem eius quam
cum inferioribus habet scilicet cum terra.
Item corniculata interdum apparet ex eo
et pars eius non illuminata a nobis absco-
ditur. Item regina celi appellatur quia sol
tāquā mediis planetarum participat. prie-
tates omnium. et eas ad lunam cum lumi-
ne suo trāsimilit. Ap̄la enim luna quecūq;
a sole sicut recipit ita influit. Unde quia per
cam tali modo virtutes planetarum recipi
mus merito. Regina celi vocat. His vi-
sis patet q; quando luna prima intenditur
optimum est semina sacre. quia tunc virtu-
tes planetar̄ quas i inferioribus influit col-
ligit frigida ē et hūida. sole p̄cedēs minuit

c 2

sed sequēs crescit. et ab eo elongat accessus
et recessus maris per eam causatur. Signa
autē zodiaci quolibet mense percurrū.

De natura elementorum. Cap. 8.

Bnis consumit et interminuat in si-
multudinem suam sibi appropin-
quantia conuertit. motum facit de
centro ad circumferentia. ardet et lucet in ma-
teria aliena sed non in sua spora. Inferiora
reducit ad superiora. qui resoluta terrea i aquo
sa aquosa in aera. aera in se. Ad solificat du-
ra et indurat. mollia subtiliat. ut p[ro]p[ter] i r[es]olu-
tione glacici et condensat. lumen depurat
ut rubiginem in auro. et corrumpt sicut ea
que consumit. frigesciat per accidentes. ut p[ro]p[ter]
in acetum. Et et penetratius. coicatiuus. et di-
uisiuus. Item ignis in spora sua non lucet
quia compactus non est. Nullum enim cor-
pus dyaphanum lucet. sed potius est illu-
minabile. Sed tiam ignis in spora copac-
tus esse electri saret omnes stellas que supra
ipsum sunt. Ignis vero hic lucet apud nos
propter materiam coadunatam in qua est.
hoc p[ro]p[ter] q[ui]a una candela altera opposita vni-
bram facit. Aer est subtilis. mobilis perspi-
cuus per inspirationem et respirationem. Et a
loris cordis temperatuus decoratur yola
tilibus. locus impressionum mansio spiri-
tuum dannatum est et alterabilis. levius
atque rarior. non lucet. sicut nec aliquod cor-
pus dyaphanum sed est illuminabilis. Aqua
super celos elevatur. piscesque decoratur. te
pestibus subiectur omnis fontes et flumi-
na ad mare continuantur. ad locum unde
venerunt revertuntur. Aer prebet aqua i-
formationem volatilium ornamenti et ve-
getabilium nutrimentum. et optime est ter-
minabilis termino alicuius non. sed minime ter-
mino proprio. Aqua corpus est dyaphanum
omnibus est communis in chistallum co-
gelatur. iridem velioni in nubibus causat.
fides purgat ortos irrigat. febris citantes
sua frigiditate et humiditate delectat. naues
vehit. lumen recepit. ad suum principium
recurrunt loca vacua subiecti. lapides cauat.
ignem extinguit. et olim mundum purga-

vit. In mari rubio populo del cessit de late-
re xpi fluit. hanc xps in unum mutauit. ac
de ipsa baptisini materiali ordinauit. Ter-
ra inter alia eius est infinita. nigra magis de-
specta. ponderosa. rotunda. clementis alijs
circundata. mater fructuum radix planctarum.
nutrix animalium edificiorum funda-
menta. mortuorum receptaculus. machine
mundialis centrum. concludit in se infernum
frigida. sicca opaca. corporis humani mate-
ria. Scrutat metallum centro. motum centru[m]
ex vaporibus suis concutit. inclusis her-
bis et floribus albet. et decoloratur. contra eam
motu circulari celum cum sideribus volvit
ab hominibus et inventis calcatur. horum
terre quedam competit secundum esse sunz
quedam secundum situm. quedam secundum
contemptum quedam secundum ornatum
quedam secundum visitatem.

De impressionibus acriis.

Capitulum. .9.

Immensesque appareat quasi stella
non est tamen aliud quam vapor inflammatu-
ris et vi initiate ignis. Hic comes
luminis fundit. et dicitur signare mutationem
regum. aut bella. aut pestilentias. Cor-
ona est albus circulus. qui quandoque ap-
paret circa solem vel lunam. aut stellas ali-
as. et causatur ex filiis nubium per plane-
tarum radios attractis et illuminatis. talis
etiam circulus figura est serenitatis. Assub
duplex est ascendens. Et descendens. ascen-
dens sit ex vaporibus inflammatiis i supre-
mo acri. et videtur ascendere sicut si euola-
rent simille de fornace. Assub vero descen-
dens est ignis retentus in nube. quia tamen
expelliunt obviante nube frigida. et cadit co-
tinuus. propter quod neq[ue] stella cadens sit lo-
ga. quia reliquit eius vestigia post se. Mu-
bes sunt quando a virtute solis extrahen-
tur humores. seu vapores de aquis ac palu-
dis. et locis humidis. et serunt sursum. Me-
bula est id quod ex nubibus aqua pluientibus relin-
etur et in nebula finit Aristotle. signum est serenitatis.
Caligo est vapor tenacissimus. que
vulgo appellatur nebula. Iste vapor

non elevatur: sed præfæz̄ convertatur in nu
bes vel in pluvia in deprimitur, et remane
terram. Ros est id quod descendit ex
vapore parvo, et in descensu suo tardatur
in partu minucius. pluia est aqua descen
dens ex nubibus resolutis, velocitatem ha
bentis sive decessentis, et hoc guttatis: M̄dri
na ex vapore rorido que congelatur anteq; z
ex ipso resoluatur aqua. Mir generatur ex
nube calidissima, cuius cogelat o simul sit
ca conversione in aquam et ideo partes eius
non inspissantur. Brando generatur ex
nube calidissima virtute solis multum ele
vata, que postq; in aquam resolvitur. tunc
deinū i medio iteratio gelatur. Tonitru
um est sonus vaporis siccis egredientes de
nube humida vel in nube frigida et humili
da, et scandit quicquid inuenit. Iris est lu
men solis receptum in nube concava et aqu
osa ac soli ex aduerso opposita. Glacies est
aqua congelata. Ventus est vapor terrenus
superiora transcendentis: et aerem sortiter p
cutiendo impellens. Venti sunt quatuor
principales. s. Subsolanus ab oriente tem
peratus habens a dextris vulturnum desi
cantem, et a sinistris currum nubes gene
rantes. Item meridie est austus calidus: q
flumina gigantum et pluvias largas habens a
dextris affricum calidum, et a sinistris no
tum temperatum quidem, sed pestilentias
inducentem. Item a septentrione est aqui
lo frigidus habens a dextris grecuz nubes
facientes et grandines a sinistris boream nu
bes constringentes ac pluvias prohiben
tes. Item est zephyrus flores producens,
habens a dextris circum tempestates: ac
pluvias ac construia generantea sinistri s
lauonum in oriente nubila: sed in meridie
serena facientes. Turbo est ventus egre
dientis de nube incepsum et egrediens: vel
duo venti lateraliter sibi orientes. sceloz in
tra terram orbiculariter involueret. Ter
remotus est vapor grossissimus extractus
de profundo terreni: non potens exire prop
ter superficiem terre et illius soliditate sicq;

coartatus in interiorebus concavitudinis
De tempore.

Lapulum, x^r

Empus est mensura motus primi
mobilis: et hoc pater: q; hic est tem
pus et non in celo finitum substantiam:
q; hic mutantur omnia: et non ibi. hic
est. n. nunc hiems: nunc estas: nunc par. nunc
discordia: nunc tranquillitas: nunc tempe
stas. Mutabilitas rerum ostenditur in hoc
q; eaque precipue mundus amplectitur. i.
sapientia et potentia in oriente ceperunt, et
terram habitabilem percurserunt usq; ad
occidentem, in signum q; omnia tendunt ad
occasum. Nam studium sapientie cepit in
Egypto, postea fuit in grecia, post hoc Ro
me, deinde in Francia et in Anglia. Simi
liter regna primo fuerunt in oriente, post in
Bretcia, post apud Romanos, nunc pot
estas imperii residerunt in germania. Propterea
Jacobus comparat vitam nostram, et
hec mutabilis a vaporib; Salomon sono. Isa
ias baculo harundineo, et liber Regum aq
dilabenti. Differentia est inter tempus et
euum et eternitatem. Nam tempus ha
bet principium et finem. Iuum caret fine,
sed non principio. Eternitas canet vitroq;
termino, quia est mensura interminata. Is
tas sunt etates mundi. Prima est ab Adaz
usq; ad Noe, habens iuxta hebreos annos
1656. sed secundum. 72. interpres habent
2242. Secunda est a Noe usq; ad Abram
habens fin hebreos annos. 297. sed
secundum 72. 1072. Tertia est ab Abraham
usq; ad David, habens annos fin hebre
os. 672. sed secundum. 72. 1130. Quarta e
st a David usq; ad transmigrationem Ba
bylonie: habens annos fin hebreos. 473
sed fin. 72. 485. Quinta est a transmigra
tione Babylonis usq; ad christum habens
annos fin hebreos. 585. sed fin. 72. 578.
Viginti ab exordio mundi usq; ad christum
fin hebreos habent annos. 3952. h; fin biero.

est hec comparatio. sicut in *Bo.* 72. quos greci sequuntur. ur. 5508. Eusebius autem quem Horosius secutus est inter utrosque incodet numerat annos. 5198. quos pene omnes latini sequuntur. *Sexta* etiam est a christo usque ad finem mundi. *Septima* est quiescentium. et cœcurrerit cum sexta. *Otiana* est regurgitatum. *Nono* sunt hebreos in prima erat sicut generationes. x. In *secunda*. x. *Tertia*. i4. In *quarta*. i7. quas tunc Adath. gratia mysterij. i5. ponit. In. 6. i3. Etates hominis sunt iste. s. *Divina* est infantes a nativitate usque ad. 7. annos. *Secunda* est pueritia usque ad. i4. annos. *Tertia* est adolescentia a. i5. annos usque ad. i8.

Quarta est iuuentus a. 28. usque ad. 49. *Quinta* est senectus. a. 50. usque ad. 78. *Sexta* est decrepitas ab anno. 79. quo usque vita finitur. *Dignitas* dominici dei notatur in hoc quod fuit prima dierum. Item vi dicitur erit ultima dies. Item non illam non precessit. Item non illi non succedit. Item celum et terram in ea sunt creata. ite angelus in ea conuersus est ad deum. Itē primo data sunt in eis filii. *Isabel* mandata. ut dicit *Origenes*. Item in ea christus natus est. Item christus in ea surrexit. Item in ea spiritus sanctus datus est apostolis. Itē omnes in ea resurgentem atque indicabimur. Item in ea continuanduz est perpetuo in laude dei.

De angelis in communione.

Capitulum. xi.

Angelus est sicut *Damascenum* substantia intellectualis semper mobilis arbitrio libera. incorporeus deo ministrans. immortalitatem suscipiens sed gratiam non naturam. Substantia ponitur in hac dissimilitudine pro genere: et ponitur hoc ad differentiam accidentis. Intelligitur etiam substantia qualitercumque composita. ex eo quod est et quo est. Intellectualis dicuntur potius quam rationalis. quia ratio est virtus collativa cause et causatim. et video composta. ut omnis homo animal sit. et cetera.

Syllegismus nihil aliud est quam discursus causa in causatum. Intellectus est de ratione sui. nec compositionem habet et colocati onem. sed est sine inquisitione et compositione. et ideo competit nature magis simplici et pro differentia vel est angelus. Ratio autem differentia est nature minus simplicis scilicet hominis semper mobilis: non dico de loco ad locum. sed mobilitas dicit hic triplicem mobilitatem in angelo. scilicet nature intelligentie et voluntatis. Mobilitatez enim habet nature. quod nomine creatum vertibile est in nihilum: nisi manu omnipotenti diuine contineatur. Mobilitatem intelligentie habet: quod in angelo non sive causam intelligentem quo ad suam in verbo: cum deformem habeat intellectum sicut *Dionysius* potest iamen in eo esse vicissitudo intelligentie quoad cognitionem rerum in propria natura: et quo ad descendit. et hoc est quod dicit *Augustinus*. quod omne creatum habens intellectum intelligit unum post aliud. Item ivo lunate mobilis est angelus: quia non simul vult hoc et illud. Item potest dici mobilis motu dilectionis. Arbitrio libero hoc non dicitur propter reflexionem ad bonum in differentia: et ad malum. sed propter liberas electionem eorum qui voluerint. unde bonus angelus semper eligit libere bonum: et angelus malus libere et sine coactione eligit malum. Incorporea substantia dicitur. quia angelus habet proprietatem corporis non naturam. scilicet in loco contineri. Et enim corpus sit in loco circumspectus et diffinitus est angelus diffinitus in loco. Deo ministrans. Ad ministerium hic ponitur pro quo cumque obsequio. et sicut hunc modum tantum assistentes que ministrantes que etiam demones ministrant. Immortalitatem suscipiens sicut gratiam non naturam. quia rediret in nihilum nisi per gratiam conservatio de tineretur. Angelo attribuuntur quatuor. scilicet essentia. subtilitas. intellectus. spacio. cæcitas. libidin. facultas. discretio personalis. In primis tribus venientia cum angelico. In 4. vero. quae alia non est gloria. haec est alia tria angelus

scilicet virtuositate in operando officiositate
tem in ministrando immutabilitate post elec-
tionem. sicut in bono. sicut in malo. Differen-
tie quatuor assignantur inter angelum et ani-
mam. Prima et principalis est penes eum na-
turale. quia anima est vniuersalis corporis. cui
actu separata. angelus non. secunda est pe-
nes esse logicum. id. distinctionem. quia anima rationa-
lis est. sed angelus intellectualis. Alia enim
apprehendit inquirendo et conferendo ange-
lis vero intuendo. tercia est penes eum meta-
physicu. id. sepatum a materia et a motu quia
angelus non habet passibilitatem. nisi respe-
ctu superiorum. alia vero respectu inferiorum.
quia innaturantur a sensibilibus. quarta est pe-
nes esse theologicum. quia anima veribilis
est a bono in malum. et contrario. angelus
vero non quia in natura in eo ad quod se conuen-
tit. sicut bonum sit sicut malum. Angeli enim
sunt oes similes in eo quod immortales invisi-
biles. indissolubiles. simplices. discreti per
sonis. incommutabiles. incoicabiles. sicut alteri
nature. sed dissimiles sunt in donis gratiae et
nature. Preterea dicit Dio. quod in omni natu-
ra spirituali creata aliud est essentia aliud est
virtus aliud est operatio.

De distinctione celestium hierarchiarum.

Capitulum. 15.

Hierarchia triplex est. scilicet supcelestis.
et celestis. et subcelestis. Supcelestis
est in tribus personis. ut quidam di-
rerunt. et male. quod secundum Dio. hierarchia di-
cit ordinem. et ille absolute non est in tribus
personis. sed unummodo ordo nature. Cele-
stis est in ordinibus angelicis. Subcelestis
in hoibus sanctis. Porro hierarchia cele-
stis dividitur in superiorem medium. et se-
riorem. Superior continet tres ordines. scilicet
cherubin. seraphin et tronus. quorum pri-
mi considerant dei bonitatem. secundi dei
veritatem. tertii dei equitatem. Item in pri-
mis deus amat ut charitas. In secundis no-
scit. ut veritas. In tertius. sedet. ut equitas.
Media continet dominationes. principia
et potestates quorum primi regunt officia un-
golorum sequentes capitibus presunt po-

pulorum. Ultimi potestatem coegerit de-
monum. Itet in primis deus dominatur.
ut maiestas in sequentibus regit. represi-
patus. in ultimis tuerit ut salus. Inferior
hierarchia similiter continet tres ordines. scilicet
virtutes. archangulos. angelos. ad quorum
priorum pertinet miraculorum operatio. Ad
secundos maiorum negotiorum denuncia-
tio. Ad tertios humanae custodie sollicitudo.
In primis deus opatur ut virtus. In
secundis deus revelat. ut lux. In tertius mit-
tit ut inspirans. Nec dicta sunt secundum beatum
Gregorium. et secundum Bernhardum. sed secundum Didymum.
Virtutes sunt medius ordo secunde hierarchie et
principatus primus ordo tertie hierarchie.
Hic attendendum quod in qualibet trium hic
rarchiarum premisarum notatur trinitas
divinarum personarum. ut per se in celesti hic
rarchia tam superiori quam media quam et inferiori.
De proprietatibus angelorum.

Capitulum. 15.

Angeli secundum Iosuarem sunt spiritua-
lia subiecta ante omnem creaturam
creati natura mutabiles conditi. sed
contemplatione immutabiles facti animo im-
passibili. mente rationales felicitate secu-
ri. futurorum precepti. iussi mundum regunt.
missi corpora aerea sumunt in celestibus co-
morantur Bernhardus de codem. Inuestigamus
inuestigabilia. et primo spiritus esse parentes
gloriosus beatos distinctos in personis dis-
positos in dignitate ab initio stantes in or-
dine suo perfectos in genere suo. immortalita-
tes perpetuos. mente puros. affectu beni-
gnos religione pios. unanimitate indissolos
pace securos. diuinis laudibus et obsequijs
deditos. Item secundum Bernhardum. In angelis est di-
gnitas creationis gratia. confirmationis.
amor creatoris visio diuinitatis. Etiam et in an-
gelo per oia. sicut supradictum est esse sub-
tilitas. intelligentie perspicacitas. liberiar-
bitrij facultas. agilitatis velocitas prom-
pte omnes obediunt. maiores sine elatio-
ne presumunt. minores sine virtute subsunt.

qui ad exteriora ercent. ab interiori cōseim-
platione nō recedunt. omnem veritatem i/
seriorū superiores participant. non ecōtra.
Qui ercent in natura procedunt in gloria et
gloria. In codē ordine alijs esse alijs digni-
ores duplēcē habent visionem. sc̄. maturā
et vespertinam. Illuminationes quas a su-
perioribus recipiunt alijs tribunt.

De proprietatibus et officijs singulorum
ordinum.

Capitulum. i4.

Ropium est seraphin su amore ar-
dere. a. iōs ad incendium diuinum
reas promouere. et deum ordinā-
re formam diligēdistribuere. Iſti immēdi-
ate deo iunguntur. et ideo purius et sancti
in iplos operationes theophanie deserunt
ad aliud quoqz extra amatum non diuertunt
Cherubim quoqz primo et principaliiter re-
luctant diuis lumenis radio pro eo q; vicini
diuine et prime veritati iunguntur. Horum
officium est promouere homines ad diuinā
cognitionem. ideo dñs pre ceteris lucere. qz
plenitudinem luxam quām suscipiunt alijs
inferioribus communicando transferunt.
Chroni dicuntur eo q; in eis dominus se-
deat. et misericordia sua per eos determinat. In
his ergo precipue relucet rectitudo diuini iu-
dicii. Hi quoqz veritatem dei quam supra
se accipiunt ad inferiores transfundunt. Do-
minationes dñs eo q; ceteris angelis domi-
natur et ab omni oppressione sunt liberi et
nulli inferiori subiiciuntur. Horum offici-
um fm Grego. est i bello spirituali instru-
re qualiter oporteat prelationis officiū ex-
ercere. et qualiter debent subditis de mina-
ri. Horum officium est fm Dio. timore
terribili deposito in deum moueri. et incessā-
ter ei famulari. Principatur subditis an-
gelis presunt. et eos ad ministerium diuinū
explendū disponunt. Ad hos pertinet fm
Dio. universale regimē unius regni et gē-
nis ducere ad ei famulitatem. Administrati-
um quoque eorum est fm Grego. docere
homines. exhibere reverentiam. unicuiqz

secundum gradum suum. Homin etiam
officium est promouere homines. ut non p-
pter utilitatem propriam sed propter solius
dei amorem et honorem faciant iustitiam.
Potestatibus fm Isido. virantes adver-
se subiecte sunt in mundo tamum nocteane
quantum cupiunt. Horum officium fm
Grego. est illos qui in spirituali certame
ne defudant confortare. et ne spirituale re-
gnū amittant defendere. Et fm Dio.
ad ipsos spectat angelos inferiores quan-
tum possibile est diuine potentiē consueta-
re. virtutes sui infatigabiles ad executionē
faciendorum et robusti ad pēceptiōnes mu-
nerum. Horum officium est fm Dion. i-
docere prelatos vi facile et per seuerāter ad
officium prelationis pertinet. exequantur et
spiritualia onera sustineant patienter. Itēz
per istos sunt. et virtutes faciendi mirabili
persecutio conceduntur. Archangeli sum-
mi nunciū nuncupantur. et summa nunci-
ant. Horum officium est fm Grego. de
bis que pertinent ad promotionem fidei.
et de natuitate christi. et de factis eius ho-
mines expedire. et demones ab hominib⁹
remouere fm Dio. prophetias reuelare.
Isti illuminationes quas a superioribus
suscipiunt inferioribus annuntiant et per
eosdem nobis. Angeli sunt in celesti dispo-
sitione vltimi et hominibus magis propin-
qui. Angelus nomen est officij. non natu-
re. Isti minorū nunciant et homines ad
diuinā cognitionem dicunt. et vi iuste vi-
uant instruunt. Hi seorsum extendunt p-
dilectionem dei. et in semetipſis firmantur
per custodiam sui. ac sub se progrediuntur
ad auxilium proximi. Nos autem assimila-
ri debemus seraphin per charitatem. Che-
rubin per cognitionem chronis per equita-
tem. dominationibus carnem spiritui sub-
iungando. principatibus reverentiam ma-
ioribus exhibendo. potestatibus tentatio-
nibus diaboliciis resistendo. Item de-
bemus assimilari virutibus per compa-
sionem. archangelis per instructionem.
angelis per obsequiū exhibitionem.

Decognitione et motu angelorum.

Lapitulum. 15.

